Univ.-Bibl. Giessen

Jahres-Bericht

über das

CARL FRIEDRICHS-GYMNASIUM

zu

EISENACH

von Ostern 1902 bis Ostern 1903

erstattet

von

OTTO APELT.

Beigabe:

Quibus vocabulis artis criticae propriis usi sint Homeri scholiastae. Pars II. Scripsit Dr. H. Heubach.

EISENACH.
Hofbuchdruckerei
1903

1903. Progr. Nr. 772.

Universitäts-Bibliothek GIESSEN

Commentarii et indicis grammatici ad Iliadis scholia Veneta A

Spec. III.

Quoniam prioribus libellis exposui usum vocabulorum ad artem syntacticam spectantium et postea ex arte critica eorum vocabulorum vim, quibus significari solent aut grammaticorum libelli et editiones, aut eorundem librorum genera varia, aut ipsae lectiones variae: nunc ipsissima verba et vocabula artis criticae, i. e. verba et vocabula recensendi et diiudicandi, peragrare in animo est. Sed priusquam ad singula descendamus, id unum praefari liceat: fieri non posse, quin his quidem chartis, cum prioribus iam pertractaverimus vocabula, quae quid sibi vellent difficile erat perspectu, nunc conferamus et disputemus vocabula, in quibus tantae usus aut notionis difficultates subesse non possint. Quae cum ita essent, saepius dubitavimus, num omnino in rem esset copiosissime et effuse disserere de vocabulis, quae quid sibi vellent, non esset, quin sciret aut in primo quoque verborum indice indagare posset. Has dubitationes ut expediremus, Henrici Stephani Thesaurum graecae linguae, Parisiis 1831—1866, perscrutati sumus; perscrutantes etiamsi vocabulorum significationem principalem ubique ascriptam reperiebamus, tamen tantum abest, ut scholiastarum nostrorum dicendi usus aut vocabulorum et verborum notio apud eos propria accuratius illic investigata sit: contra ne mentionem quidem eorum saepius factam esse constituimus, ut nostris studiis non solum periculum illud *τοῦ γλαῦκ' Ἀθήναζε* effugere, sed thesauri graeci recensores futuros aliquantulum adiuturi nos ipsi nobis videremur.

I. loci dubii sive ambigui.

Ac primum versus et loci illi, quibus appingere signa grammatici solent, graece dicuntur *τόποι* sive *στίχοι ἀμφίβολοι* eorumque difficultates *ἀμφιβολίαι*, i. e. loci dubitationem aliquam moventes aut ambiguitatem aliquam continentes.

Quorum versuum difficultates sive ambiguitates percensentes docti illi viri adnotationibus suis et doctrinis solvere student (St.)[1]). *ψ*509 *δίφροιο — παμφανόωντος*] *ὅτι τοῦτο διακρίνει τὴν ἐν ἄλλοις ἀμφιβολίαν.* Dubitat enim grammaticus, utrum *Θ*435 *παμφανόωντα* adiectivum coniungatur cum *ἅρματα* potius, an cum *ἐνώπια* substantivo, quam interpretandi difficultatem sive ambiguitatem huius loci (*Θ*435), illius loci (*ψ*509) perspicuitate dissolvi dicit; simm. *M*442 de Homeri sententia. *Λ*351 versuum et verborum distinctio incerta videtur: *ἀμφίβολος ἡ ἀνάγνωσις. ἤτοι γὰρ εἰς τὸ μεθιέμεν διαστολή, στιγμὴ δὲ τελεία εἰς τὸ Ἄρηα*, aut vice versa; simm. *Ξ*330; simm. *P*2 de casus interpretatione; *N*115, *O*158 de vocabuli sensu ac vi; *Π*234 de re orthographica; *Σ*10 *X*164 de re ipsa

[1]) Henrici Stephani thesaurus: s. v. *ἀμφίβολος*.

aut Homeri sententia; denique de periodi partium relatione *Π*633 *ἀμφίβολος κεῖται τὸ ὀρώρει*. Juxta autem posita sunt *ἀμφίβολος* et, quod ei contrarium est, *εὔδηλος* *Λ*323 *χειρὸς ἑλόντ*᾽] *οὕτως, ἑλόντε ἄγειν, Ἀρίσταρχος, ἵνα τὸ δυϊκὸν εὔδηλον ᾖ. ἀμφίβολον γὰρ ἔσται, ἐὰν κατὰ συναλοιφὴν ἀναγινώσκωμεν*; i. e. ut manifestus et certus sit numerus dualis, qui ambiguus et incertus est in *ἑλόντ*᾽ forma; eadem fere *K*335. Praeterea contrarium est *ἀμφίβολος* et *ἀμφιβολία* vocibus *εὐκρινὴς* adiectivum, quod scriptum legimus *M*442 *ὅτι διὰ τούτου εὐκρινὲς γίνεται τὸ τῆς προειρημένης ἀμφιβολίας*, i. e. quia his verbis clara vel dilucida fiunt, quae ambigua erant in versibus antecedentibus.

Verbum denique *ἀμφιβάλλεσθαι* occurrit *Σ*191 *Ἀρ. ἀναστρέφει τὴν πρόθεσιν πρὸς τὸ μὴ ἀμφιβάλλεσθαι*, i. e. ne ambigua fiant neve perturbentur verba.

II. Agere vel iudicare de loco aliquo.

Huius igitur generis loci accuratissime pertractantur a scholiastis nostris. Quorum locorum ambiguitates ut sagacissime explicentur, regulis quibusdam et iudiciis opus est; e. g. *Ω*318 *ἐὺ κληῖσ*᾽*ἀραρυῖα*] quaeritur, utrum *κατὰ σύνθεσιν*, sc. *εὐκλῆϊς*, an *κατὰ συναλοιφὴν* legenda sint vocabula, sc. *ἐὺ κληῖσ*᾽. Atque cum Aristarchus quidem vocabulum esse compositum (*εὐκλῆϊς*) fecerit, noster (Herodianus?) rem ita exponit: *εἰ δ᾽ ἡ προκειμένη λέξις κρίσεως δεῖται, δῆλον, ὅτι συνθέτως ἀναγνωσόμεθα, ὅπως μὴ παρὰ τὴν συνήθειαν τοῦ ποιητοῦ κτλ.* Putat igitur lectionem *κατὰ συναλοιφὴν* praeter poetae usum esse, qua causa quove iudicio huius loci difficultas optime levetur. Idem sibi vult *τὸ κρινόμενον* apud Herodianum *P*201 *ἀ δεῖλ*᾽] *ζητεῖ, πῶς δεῖ τονίζειν ἀ δειλ᾽, ἢ ἀ δεῖλ᾽*. Is quamquam *ἀ δεῖλ᾽* priorem esse apud poetam lectionem dicit, tamen recentioris aetatis scholiasta pergit: . . . . . *περιγέγραπται καὶ ὁ τόνος· τὸ κρινόμενον ἐκεῖνο, ἵνα ἐπιστάμενοι ἀναγνῶμεν· ἔν ἐστιν εἰπεῖν, εἰ ἅπαξ περιγέγραπται τὸ φωνῆεν τὸ ἔχον τὴν ὀξεῖαν, ὁ τόνος γενέσθω τῆς προτέρας συλλαβῆς, οὐχὶ ἐπὶ τέλους*. Videtur igitur *τὸ κρινόμενον* esse generis medii, ut significetur iudicium aut nota, qua haec quaestio grammatica sive prosodiaca, non critica, diiudicetur. Itaque qui ex huius modi iudiciis aut notis Homeri versus exponit et interpretatur *κριτικὸς* dicitur *Ω*58 *γυναῖκα*] *τοῦτο ἔνιοι τῶν κριτικῶν κατὰ συνωνυμίαν μεταλαμβάνουσιν*; *γραμματικὸς* autem *Π*415. De *κρίνειν* ipso verbo vide infra sub IV.

Verba agendi vel disputandi de aliquo sunt: *διακρίνειν, ἐπικρίνειν, διαλαμβάνειν*. Rei syntacticae difficultates tolluntur ab Aristonico[1]) *Ψ*509 *ὅτι τοῦτο διακρίνει τὴν ἐν ἄλλοις ἀμφιβολίαν*. De re ipsa vide, sis, p. 3. Nostro igitur loco cum scriptum sit: *δίφρου . . . . . παμφανόωντος*, illa quoque ambiguitas (sc. *Θ*435) diiudicatur.

Alterum *τοῦ κρίνειν* verbum compositum traditur *N*191 *ἐπικρίνομεν ἡμεῖς περὶ τῆς ἀναγνώσεως*, i. e. post alterum iudicem nos quasi secunda actione ita de versus lectione diiudicamus, quam quidem verbi notionem Stephanus in thesaurum non recepit.

Herodianus vero quique eum sequuntur semper fere utuntur verbo *διαλαμβάνειν περί τινος*, i. e. disserere, disceptare de aliqua re. *E*289 *ταλαύρινον*] . . . . . *ὀφείλει φυλάττεσθαι τὸ*

[1]) Scholiorum auctores his quidem schedis plerumque non ascripsimus, id quod prioribus solebamus, A. Ludwichii verbis commoti, quibus nos admonebat, ne nimium exigeremus ab hoc scholiastarum dicendi usu, cum nobis scriberet: eine so sichere Führerin ist diese Terminologie doch nicht, dass sie allein schon ein ausreichendes Kriterium für die Scheidung der einzelnen Scholien nach den einzelnen Autoren abgeben könnte.

πνεῦμα· οὕτως γὰρ διελάβομεν καὶ περὶ τοῦ μελιηδέος οἴνου· sic enim controversiam de *μελιήδεος οἴνου* iam disceptavimus; simm. *A*493, *E*325, *A*385 *M*20, *Π*47, 95, 211, *Υ*30, *Φ*279.

III. Interpretari, intellegere, accipere locum aliquem.

Primum grammatici officium cum sit recte locum aut versum intellegere atque interpretari, altero loco huius generis verba collegimus.

Νοεῖν sive *νοεῖσθαι* verba eodem semper modo eademque ratione usu veniunt, si quidem eadem vox, sive coniunctio sive adverbium sive verbum, semel atque iterum in eadem enuntiatione cogitanda aut intelligenda videtur, e. g. *A*185—187 *ἐπανάληψις γάρ ἐστιν ὑποτακτικοῦ μέρους, καὶ τὸ ὄφρα κοινὸν κατὰ πάντων νοεῖται*; enuntiatum igitur scholiasta ita explicat, ut non unam, sed complures periodi partes pendentes subesse faciat et *ὄφρα* coniunctionem sic intelligendam putet, ut ad earum singulas pertineat; similiter *κοινὸν* sive *κατὰ κοινὸν νοεῖν* *Γ*18, *Z*445, *Π*308, *Σ*191. Proxime huc accedit *τὸ νοητὸν* sive *κατὰ τὸ νοητὸν*, i. e. sensus aut secundum vocis sensum. Illud exstat *Π*7 *παρέξ*] *ἔστι δέ, ὅτε τὸ νοητὸν ἐπικρατεῖ τῆς ἐξ προθέσεως, ἔσθ' ὅτε καὶ τῆς παρά.* Quaestio igitur est, quaenam vocis compositae praepositio sensu praevaleat. Respondet scholiasta: modo *ἐκ*, modo *παρὰ* praepositionis sensum superare; simm. *Π*47 *τοῦτο γὰρ*, sc. *τὸ προπαροξύνειν τὸ λιτέσθαι, αἰτεῖ καὶ τὸ νοητόν*, i. e. talem sonum etiam verbi sensus et voluntas (praeter formam) sibi poscit. Hoc, sc. *τὸ κατὰ νοητὸν*, occurrit *Γ*153 *νέαται*] *ὅσοι δὲ παροξύνουσιν*, id quod improbat scholiasta, *ὡς ἐπὶ ἔσχαται κατὰ τὸ νοητὸν παραλαμβάνουσιν*, i. e. qui paenultimae attribuunt accentum non verbum *νέαται* pro *ναίονται*, sed secundum loci sensum *νέαται* pro *ἔσχαται* subesse volunt; simm. *Π*281 *πρὸς τὸ νοητόν*, sc. *φάλαγγες ἑλπόμενοι*, i. e. praeter grammaticae leges, sed secundum rationem: *σύστημα γὰρ ἀνδρῶν εἰσιν αἱ φάλαγγες.*

Νοῦς substantivum a *τὸ νοητὸν* eo recedit, quod solum de totius enuntiati argumento adhibetur: *A*120 *ὁ γὰρ νοῦς τῶν λεγομένων τοιοῦτος*, verborum sensus sive argumentum hoc est; sequitur iam versuum paraphrasis accuratior; simm. *A*169, *B*99, *N*638, *P*368, *Ψ*487; denique *B*136 *ἀπρεπῆ τὸν νοῦν τίθησιν*, i. e. ineptum verborum sensum reddit. *Νοῦς* igitur idem est, quod aliis locis *λόγος*, de quo conferas velim: Heubach: Quibus vocabulis artis syntacticae etc; Dissertatio inauguralis. Jenae 1885. s. v. *λόγος* No. 4. Ibidem pp. 13/14 et 57/58 *διάνοια* quoque et *ἔννοια* accuratius iam pertractatae sunt, quibus verbis, postquam iterum singulos locos perlustravimus, nihil addendum sit, nisi quod apud Nicanorem voces nostrae sermonis contextus et continuatio potius esse videntur, id quod ab enuntiati argumento certe haud ita multum distat. Sed *ἀδιανόητος* adiectivum, in illa dissertatione non enucleatum, oculis scholia perlustranti occurrit *E*700 *προτρέποντο ἐπὶ νηῶν*] *ἔνιοι δὲ ἀγνοοῦντες γράφουσιν ἀπὸ νηῶν. γίνεται δὲ ἀδιανόητος· οὐ γὰρ ἀπὸ τῶν νεῶν φεύγειν ἔμελλον;* i. e.: qui *ἐπὶ* codicum cum *ἀπὸ* coniecturae commutant, contra loci voluntatem et poetae consilium agunt, ut versus non apertus, aut obscurus fiat ad intellegendum, aut, ut Stephani verbis utar, cogitatione comprehendi non possit.

Deinde de verborum sensu iuste interpretando sunt *ἀκούειν, ἀκούεσθαι, ἐξακούεσθαι* verba. Atque primum vertenda videntur 1) subaudire, subintelligere, e. g. A2 *μυρία*] *καὶ ἐπίθετον αὐτὸ τῶν ἄλγεων ἤκουσαν*, i. e. *μυρία* subaudiverunt grammatici attributum *ἄλγεα* substantivi; simm. *A*330, 567 *B*271 *Γ*395 *Π*515. Adverbium additum est: *A*99 *ἀπριάτην*] *τὸ ἀπριάτην ἐπιῤῥηματικῶς ἀκούει*, i. e. adverbialiter, pro adverbio dictam vocem intelligit; simm. *Γ*10

*E*142 *I*7 *X*197 *Ω*318. Neque alia ratione ac vi usu venit *ἐξακούεσθαι*, verbum compositum, *O*127 *ἡ*] *δύναται καὶ σύνδεσμος*, sc. *ἤ*, *ἐξακούεσθαι*, i. e. etiam coniunctio, non articulus, inde exaudiri potest. Saepissime autem verba illa coniuncta sunt cum praepositionibus. Quae praepositio si erit *ἀντι*, vertemus *ἀκούεσθαι ἀντι* per intelligere de, vel potius 2) positum esse pro, velut *B*258 *δύναιτο δ' ἄν τὸ ὥς νύ περ ὧδε ἀκούεσθαι ἁπλούστερον ἀντι τοῦ οὕτως*. Sin autem praepositiones sunt *ὑπὲρ* et *ἐπι*, propriam sibi vindicant provinciam verba illa relationis grammaticae singulorum vocabulorum, ut vertamus 3) referre, pertinere ad; e. g. *Λ*160 *τῶν*] *δύναται δὲ καὶ ὑπὲρ τῶν Τρώων ἀκούεσθαι*, cui sententiae repugnant alii, quos *τὸ ἐπιφερόμενον μόριον* (sc. *τῶν*) *ἐπὶ τὰ προειρημένα πράγματα, οὐκ ἐπὶ τοὺς Τρῶας ἔχειν τὴν ἀναφοράν* velle scholiasta antea dicit. Alter locus alterum optime explicat: sunt, qui *τῶν* articulum ad *Τρώων*, et sunt, qui ad res antea commemoratas pertinere volunt; simm. *M*288 *βαλλομένων*] referri potest aut ad „*λίθοι* aut ad *τῶν* versus superioris; pergit autem scholiasta: *ἐπὶ δὲ τῶν λίθων ἡ λέξις οὐκ ἂν ἀκούοιτο, ἐπεὶ σολοικισμός ἐστι*; i. e. *βαλλομένων* de *λίθοι* intelligi non potest, nisi praeter linguae graecae ingenium.

Idem, quod haec verba, sibi vult *ἡγεῖσθαι* *Ψ*160 *καὶ ἀγοὺς ἡγεῖτο τοὺς ἡγεμόνας*, i. e. *αγους* litteras, non *ταγους*, putavit sive interpretatus est *ἡγεμόνας*, vel *ἀγοὺς* pro *ἡγεμόνας* positum habuit.

Triplicem igitur horum verborum usum ac notionem constituimus, ut iam his de causis facere non possimus cum Leidenroth: indicis grammatici ad scholia Veneta A specimen Berolini 1884, qui dicit s. v.: *δέχεσθαι* accipere, intelligere; eodem sensu *ἀκούειν*, (de hoc quoque verbo vide apud eundem s. v.) *νοεῖν*, *παραλαμβάνειν*[1]) etc. Ipse enim optime *τοῦ δέχεσθαι* has notiones statuit: 1) probare, 2) accipere, intellegere, 3) referre ad, intelligere de (probare certe *ἀκούειν* esse non potest), ut statim transeamus ad

ἐκδέχεσθαι. Cuius verbi vis etiamsi eadem est, quae *τοῦ ἀκούειν* et *δέχεσθαι*, sc. accipere, intelligere, usus tamen admodum varius est. In usu est

1) de totius versus aut periodi argumento *B*485 *οὕτως ἐκδεκτέον τὸν λόγον*; sequitur complurium versuum paraphrasis; simm. *P*614.

2) de singulorum vocabulorum sensu ac vi *Z*153 *κέρδιστον τὸν φιλοκερδῆ ἐξεδέξαντο*, i. e. *κέρδιστον* acceperunt lucri avidum; simm. *Λ*270 *E*638, 736 *Θ*163 *I*404, 539 *Λ*385 *M*295, 430 *N*450 *Ξ*499 *O*10, 127 *Π*669 *Υ*114 *Φ*252, 479 *Ψ*561, 731 *Ω*72, 540.

3) de vocabulorum formis accipiendis et interpretandis: de modo *Λ*580 *ἐκδεχόμενοι αὐτὸ* (sc. *τὸ σινφελίξαι*) *εὐκτικὸν εἶναι ῥῆμα*, i. e. pro optativo formam habentes; de tempore participii *Λ*659 *Π*827 *Ω*1; de casu *Λ*385 *I*605 *N*29, 191, 594 *Ξ*249 *O*698; de genere *O*10.

4) de singulis vocabulorum litteris explicandis: *Σ*410 *αἴητον*] *ἐκδεχόμενος πλεονασμὸν τοῦ ι*, i. e. *τὸ ι* superfluum esse arbitratus; simm. *Λ*308 *Σ*584 *Ψ*160 *Ω*318;

5) de syllabis litterisque aut coniungendis aut dirimendis: *Z*31 *Ἀρετάονα*] *οἱ μὲν Ἀρετάονα ἐξεδέξαντο, οἱ δὲ: ἄρ', εἶτα Ἐτάονα*; simm. *Λ*464 *Γ*371, *K*335 *Λ*406 *N*510 *Ξ*442 *Π*90 *Σ*77, 100 *Ψ*160, 387.

6) de vocibus compositis aut non compositis: *Λ*326 *παλινορμένω*] *ὁ δὲ Ἑρμαπίας σύνθετον ἐκδέχεται*; simm. *Λ*454 *O*705 *Π*123, 548, 558 *Υ*357 *Φ*397.

[1]) De hoc verbo vide infra s. v.

7) de verborum origine: *N*543 *ἐάφθη*] *καὶ Τυραννίων ἐκδέχεται ἀπὸ τοῦ ἅπτω*; i. e. etiam Tyrannio formam putat de *ἅπτω* originem ducere; simm. *Π*41 *Φ*262.

Quartum huius generis verbum simplex est
λαμβάνειν quod eodem modo ac sensu a scholiastis usurpatum deprehendimus, e. g. *I* 169 *Κράτης τὸ ἔπειτα ἀντὶ τοῦ δὴ συνδέσμου λαμβάνει*, i. e. *ἔπειτα* pro *δὴ* positum putat vel accipit; simm. *K*25 *O*127.

Quod inde deducitur *ἐκλαμβάνειν*, ipsum quoque accipere sive subaudire, scriptum legitur *Ξ*239 *κ'*] *ὅτι οὐκ ἐκληπτέον κατὰ συναλοιφὴν τὸν καὶ δίφθογγον, ἀλλὰ τὸν κε*; litteram *κ'* igitur scholiasta supplendo subaudit *κε* non *καί*; simm. *O*10 de *κῆρ* sive *κῆρα*; *Σ*77 de *ἀκήλια* sive *ἐκήλια*. His igitur locis de vocabulorum formis bene replendis verbum est; de ipsa vocabuli vi recte interpretanda autem verbum reperitur *Π*561 *αὐτοῦ*] *ἢ τοπικῶς ἐκληπτέον τὸ αὐτοῦ, ἐν τῷδε τῷ τόπῳ*; i. e. locum hoc vocabulo significari putat, neque vero genetivum pronominis subaudit.

Horum verborum frequentissimum apud grammaticos *παραλαμβάνειν* est, cuius tamen usus admodum sibi non constat. Notiones sunt:

1) adhibere, *N*127 *ὅτι δὶς παρείληφε τὸν σύνδεσμον, ἄν καὶ κέν*, bis adhibuit coniunctionem; simm. *A*94, 454.

2) collocare sive collocatum esse pro, atque alter quidem casus pro altero *A*24 *Ἀτρειδῆ*] quaeritur enim, an non *Ἀτρείδεω*, atque pergit scholiasta: *ὁ δὲ ποιητὴς δοτικὴν ἀντὶ γενικῆς παραλαμβάνει*; simm. *N*29 *P*2; de numeris a poeta commutatis *B*397 *Λ*407; de temporibus A154; de modis *Λ*232; de praepositionibus *Λ*258 *E*824; de coniunctionibus *Λ*117 *Γ*184 *Υ*105; de articulis et pronominibus *B*576 *ὅτι τὸ τῶν οὐχ ὡς ἄρθρον παρείληπται, ἀλλ' ἀντὶ ἀντωνυμίας*; simm. *Λ*554 *Γ*18 *Θ*524 *I*133 *K*322; de adverbiis *N*427; de substantivis et adiectivis sive adverbiis commutatis *Υ*30 *Ω*58.

3) dicendi usum aliquem admittere sive probare: *Λ*493 *ὅτε δή*] . . . . . *ἐὰν ἐθελήσῃ Ἀρίσταρχος ἀναγινώσκειν ὁτεδὴ ὡς δηλαδή, πρῶτον τὴν μὴ οὖσαν χρῆσιν παρὰ τῷ ποιητῇ παραλήψεται*, i. e. vocabulorum usum prorsus alienum a poeta admittit vel in textum recipit. Nec non in textum recipere *παραλαμβάνειν* est *H*177 *Ἀλεξίων δὲ τὴν κατειθισμένην παραλαμβάνει . . . . οὐκ ἀποδοκιμάζει μέντοι τὴν ἑτέραν*, sc. *ἀνάγνωσιν*; i. e. lectionem vulgarem (*θεοῖσι δὲ*) in textum recipit, alteram (*θεοῖς ἰδὲ*) non reicit.

4) syllabae accentum attribuere sive imponere: A277 - *δη* -] . . . . *ἄμεινον* . . . . *ἐπὶ τὴν δη συλλαβὴν ὀξεῖαν παραλαμβάνειν*, (sc. *Πηλείδηθελ'*, non *Πηλείδη θέλ'*) *ἵνα κρᾶσις ᾖ τοῦ ἔθελε*; simm. *Λ*77 *B*672.

5) Sequitur tandem ea verbi vis, quae spectat ad hanc libelli partem: intelligere, subaudire, interpretari[1]): *Γ*297 *ὧδε*] *ὅτι τὸ ὧδε οὐδέποτε τοπικῶς, καθάπερ ἡμεῖς, λέγει, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ οὕτως τοῦτο παραλαμβάνει*[2]); i. e. poeta *ὧδε* nunquam de loco, sed semper de ratione et modo intelligit. Dixerit forte quispiam hoc exemplum potius spectare ad significationes iam pertractatas sub 1) aut 2). At luce clarius res se habet in scholio: *Λ*519 *ἄν*] *καὶ τοτὲ μὲν ἐν σημαινομένῳ ὀφείλομεν παραλαμβάνειν τὸν ἄν . . . . τοτὲ δὲ παρέλκοντα*, i. e. voci quaedam vis et significatio modo concedenda est, modo non, ut proinde interpretanda videatur; simm. *Γ*215 *Z*149 *Θ*163, 276, 328 *I*169, 236

[1]) Hanc quidem verbi notionem si respexit Leidenroth l. c., recte scripsit: *δέχεσθαι* . . . . eodem sensu *παραλαμβάνειν*; aliter erravit.

[2]) de re ipsa cf. Lehrs: de Arist stud. hom. ed.[2] Lipsiae 1865 p. 379 sqq.

*K*25 *M*430 *P*202, 643 *Y*234 *Ω* 74, 213; similiter de syllabis et litteris singulis et interpretandis et inter se coniungendis: *B*496 *οἵ θ' Ὑρίην*] *οὐ παρέλαβον σύνδεσμον τὸν τε, ἀλλ' ὄντως παρέλαβον Θυρίαν*, i. e. non *τε* coniunctionem subaudiverunt, sed *τ* littera cum *υρίην* coniuncta *Θυρίαν* nomen interpretati sunt.

6) suspicari *I*202 *καθίστα*] . . . . *εἰσὶ δὲ, οἳ ἐκτείνουσιν, ἀπὸ τοῦ ἱστῶ τὴν κλίσιν παραλαμβάνοντες*, i. e. ab *ἱστῶ* verbum flecti suspicantes vel fingentes. *K*408 *πῶς δαὶ*] *δύο παρέλαβε χαρακτηριστικὰ τοῦ ποιητοῦ*, i. e. duplicem dicendi usum, poetae proprium, hic subesse suspicatus est.

7) originem deducere sive derivatum esse: *B*672 *Χαρόποιο*] *καὶ γὰρ ἀπὸ γενικῆς εὐθείᾶ ἐστι παρειλημμένη*. Forma genetivi *Χαρόποιο* aliquid offensionis habet scholiastae, cui aliae nominativi et genetivi formae praeter *Χάροψ*, *Χάροπος* ignotae esse videntur, ut genetivi formam *Χαρόποιο* sibi explicandam putet eo quod dicit genetivum *Χάροπος* pro nominativo usitatum esse, quasi nova nominativi forma a trita genetivi derivata et deducta sit.

Alterum *τοῦ λαμβάνειν* verbum compositum, *ὑπολαμβάνειν*, iam Stephanus s. v. bene interpretatur: orationi vel voci sententiam subicere: *A*63 *μάντιν*] *μήποτε δὲ ὀνειροκρίτην ὑπείληφεν*; i. e. verendum est, ne *μάντιν* Zenodotus per errorem interpretatus est somniorum interpretem.

Denique *μεταλαμβάνειν* huc spectat. Exemplum maxime dilucidum invenitur apud Didymum *B*111 *μέγα*] *κατά τινας τῶν ὑπομνημάτων μετειλῆφθαι τὸ μέγα ἀντὶ τοῦ μεγάλως*, quae verba iam Lehrsius: de Arist. stud. etc. p. 17 latine ita vertit: quare etiam in quibusdam Aristarchi commentariis vocabulum *μέγα* h. l. per *μεγάλως* translatum inveniri. *Μεταλαμβάνειν* igitur est:

1) transferre, vertere, explanare, interpretari. Saepius genus activum occurrit, velut *Ω*58 *γυναῖκα*] *τοῦτο ἔνιοι τῶν κριτικῶν κατὰ συνωνυμίαν μεταλαμβάνουσι, λέγοντες ταὐτὸν εἶναι γυναῖκα καὶ ἀνθρωπον καὶ θνητόν*; h. e.: versum

Ἕκτωρ μὲν θνητός τε γυναικά τε θήσατο μαζόν

ita interpretantur: *Ἕκτωρ θνητὸς ὢν θνητὸν μαζὸν ἐθήσατο*. Praepositio *εἰς* adsciscitur *O*10 *καὶ Ἀρ. μεταλαμβάνει* (sc. *τὸ εἴσατο*) *εἰς τὸ ὑπῆρχον*; i. e. Aristarchus ipse quoque *εἴσατο* verbi notionem explanat ex notione sive per notionem *τοῦ ὑπῆρχε*, vel alterius vim in alterum transfert; simm. *A*567 *Ω*213, 316.[1])

2) Paullum ab hac verbi provincia discedit usus generis passivi, e. g. *A*114 *οὗ ἕθεν*] *οὕτως ὀξυτονητέον* (sc. *τὸ οὗ*), *ἵν' εἰς ἁπλῆν μεταληφθῇ ἡ ἀντωνυμία* et *Γ*128 *οὕς ἕθεν*] *ἐγκλιτικῶς ἀνεγνώσθη διὰ τὸ μεταλαμβανόμενον, ἐπεὶ εἰς ἁπλῆν ἡ μετάληψις, οὓς αὐτῆς . . . ὅτι εἰ μὲν* (sc. *ἡ ἕθεν ἀντωνυμία*) *εἰς ἁπλῆν μεταλαμβάνοιτο, ἐγκλιτικῶς ἀναγινώσκειν δεῖ, εἰ δὲ εἰς σύνθετον, ὀρθοτονητέον*.

In utroque enim scholio res est de *ἕθεν* pronomine. Cui si accentus suus conceditur, pronomen intelligitur compositum sive reflexivum *ἑαυτοῦ*. Sin enclitice pronuntiatur, subauditur pronomen simplex sive personale *αὐτοῦ*. Nostris autem locis cum pronomine personali opus esse videretur, fieri non potuit, quin enclitice legeret scholiasta, ut pronomen particeps esset notionis pronominis simplicis sive personalis (sic Stephanus s. v.), quasi in eius provinciam transiret; simm. *B*175 *E*800 *I*392 *K*307 *M*148 *N*542 *Ξ*449 *O*146, 241 *Ψ*387.

3) Denique commutare, alterum re vera ponere vel scribere pro altero, id quod Lehrsio auctore *μεταλαμβάνειν* apud antiquos est, vertendum est: *Π*243 *ἐπίστηται*] . . . . *ἔστιν οὖν ἀντὶ τοῦ ἐπίσταται, καὶ μετείληπται τὸ ᾱ εἰς τὸ η̄*; idem *M*56; simm. *Π*281 *ἢ δεῖ τὴν πτῶσιν μεταλαβεῖν*,

[1]) cf. Lehrs: Arist. stud. l. c. p. 19: alio modo dicere.

i. e. *ἑλπομένων* scribendum est pro textus *ἑλπόμενοι;* idem occurrit *A*388 *ὅ*] *ὅμως δὲ εἰς τὸ ὃς ὑποτακτικὸν ἄρθρον αὐτὸ μεταληπτέον;* displicet scholiastae *ὅ*, ut *ὁ* articulum in *ὃς* relativum commutandum esse dicat.

Μετάληψις substantivum et *τὸ μεταλαμβανόμενον* participium autem verbis et argumento scholii *Γ*128 *ἔθεν*] *ἐγκλιτικῶς ἀνεγνώσθη διὰ τὸ μεταλαμβανόμενον, ἐπεὶ εἰς ἁπλῆν ἡ μετάληψις* (vide supra s. v. *μεταλαμβάνειν* No. 2) docetur aliud esse non posse nisi notionis commutationem (nos: Bedeutungswechſel) sive participationem (sic Stephanus) aut transitum in pronomen personale.

Δυσμετάληπτον adiectivo utitur scholiasta *A*268 *ὄξεῖαι*] *καὶ ἔστιν δυσμετάληπτον τὸ ὄνομα. τοῖς πεπειραμένοις μόνον δῆλον· κυριώτατα οὖν κεῖται τὸ ὀξεῖαι.* Grammatici sententia haec esse videtur, ut putet *ὄξεῖαι* adiectivum collocatum esse quasi substantivi loco. Quae si ita sunt, profecto difficile sit commutare vel transferre sive vertere ipsum substantivum *ὀδυναὶ*, ut notum peritis solum huius rei. Stephanus adnotat hoc adiectivum praeterea solum apud Eustathium in usu esse.

Promiscue in usu est vel in eodem scholio cum *μεταλαμβάνειν* verbo verbum *ἀποδιδόναι* [1]), atque ita potissimum, ut sit

1) verbum verbo reddere, e. g. *A*567 *ἀάπτους*] *εἰσὶ δὲ, οἳ ἀπροσπελάστους ἀποδιδόασιν;* et paullo supra de eodem vocabulo *εἰς τὰς ἰσχυρὰς μεταλαμβάνει*, i. e. scholiastae alii *ἀάπτους* reddunt per *ἀπροσπελάστους*, alii per *ἰσχυρὰς* vertunt; simm. *A*591 *A*141 *Z*506 *I*404 *K*226 *Λ*155, 754 *Ξ*84, 117 *Π*407 *Ψ*139 *Ω*753.

2) subaudire *B*701 *Λάρδανος ἀνὴρ*] *οἱ μὲν Αἰνείαν ἀπέδοσαν, ὅτι βασιλεὺς ἦν Λαρδανίων*, i. e. Aeneam esse Dardanium illum virum nonnulli subaudiverunt sive interpretati sunt.

3) complurium versuum argumentum paraphrasi exponere sive reddere: *Σ*100 *δῆσεν ἀρῆς ἀλκτῆρα γενέσθαι*] *τὸ ἔδησεν ἀποδίδωσιν οὕτως· ὁ δὲ πόλεμος* (legit igitur *Ἄρης!*) *τὴν ἐμὴν ἀφελόμενος πανοπλίαν ἔδησέ μου τὴν ἔξοδον, ὥστε ἀλκτῆρα μὴ γενέσθαι;* simm. *Π*850.

Eandem sibi occupat vim substantivum *ἀπόδοσις*, quod scriptum legimus *N*450 *ἐπίουρον*] *Ζηνόδοτος ὡς ἐπίκουρον ἐκδεχόμενος βασιλέα καὶ φύλακα . . . . μέμνηται δὲ καὶ Ἀίδυμος τῆς ἀποδόσεως*, i. e. non solum Zenodotus hanc vocem per *βασιλέα* etc. interpretatur, sed etiam Didymus huius interpretationis memor est.[2])

Δηλοῦν et *δήλωσις* (semel *A*86) quoque accuratissime explicavit Leidenroth s. v., ut relata rettulisse sufficiat. *Δηλοῦν* igitur est

1) manifestum reddere, iudicare, docere, ubicumque coniunctum est per *ὅτι* cum sententia pendenti, e. g. *B*686, aut cum accusativo *A*532.

2) indicare e. g. *X*41;

3) significare e. g. *A*528 $\overline{\eta}$] *πλείονα δηλοῖ: σύνδεσμον, ἄρθρον, ἀντωνυμίαν* et simm. sescenties.

Deinde in horum verborum numero habendum est verbum *σημαίνειν* et quae inde deducuntur phrases.

---

[1]) vide Leidenroth l. c. s. v.

[2]) Quae cum ita sint, ut apud huius libri quidem scholiastas et *ἀποδιδόναι* et *ἀπόδοσις*, nisi sunt interpretari aut interpretatio, omnino non reperiantur, dubitari posse non videtur, quin spurium sit Bekkeri illud *ἀπόδοσις* in scholio *Ξ*330. Hoc enim loco cum non de interpretatione verborum, sed de periodi structura res sit, quia periodi pars regens alioqui *ἀνταπόδοσις* dici solet, *ἀνταπόδοσις* reponendum videtur. De *ἀνταπόδοσις* autem et *ἀνταποδιδόναι* vide Leidenroth l. c. s. v. et Heubach, dissertatio Jenae 1885 s. v. Contra Stephanus s. v. *ἀποδιδόναι* p. 1417 et *ἀπόδοσις* p. 1424.

Ipsius verbi notio princeps 1) significare (sic etiam apud Stephanum) in dubio esse vix potest, cum aut *δηλοῦν* aut *μεταλαμβάνειν* aut *ἀκούειν* verborum vicibus fungatur, e. g. A173 *θυμὸς*] *τοῦτο τὸ ὄνομα σημαίνει πέντε· ὀργὴν, ψυχὴν κτέ.;* simm. *A*216, 249, 336, 420, 436, 554, 566, 567 *B*6, 75, 269, 292, 755, *Δ*46, 64, 70 *E*156, 178, 322, 333, 832 et sescenties alioqui, ita ut talibus locis praetermissis eos tantum commemorasse satis habeam, in quibus aut sensus vel constructionis aliqua difficultas aut novi aliquid inesse mihi videtur.

2) Cum *ἀντὶ* praepositione igitur verbum coniunctum est *A*153 *δεῦρο μαχησόμενος*] *σημαίνει δὲ ἀντὶ τοῦ ἀναστρέφεται ἐν τούτῳ τῷ τίπῳ;* i. e. *δεῦρο* adverbium, cum ceteris locis sit „in locum aliquem", nostro versu positum est pro „versari aliquo loco"; simm. *Γ*368.

3) Praepositio *ἐκ* addita est *Γ*166 *ὥς μοι καὶ τόνδ' ἄνδρα*] *ἐὰν τὸ ἵνα ἐκ τοῦ ὡς σημαίνηται.* In ambiguo est scholiasta, quomodo *ὡς* particulum sit interpretandum, ac pergit: siquidem *ἵνα* coniunctionem ex *ὡς* coniectura consequi possumus; apud Stephanum non inscite significationem accipere ex.

Transimus ad *τὸ σημαινόμενον* saepius scholiis insertum,

1) de totius quidem enuntiati argumento, ut non discrepet a *λόγος, νοῦς, νοητόν,* aliis, e. g. *Z*284 *ὅτι τὸ σημαινόμενον: εἰ ἐκεῖνον ἴδοιμι τετελευτηκότα;* simm. *T*35, *Θ*213.

2) de singulorum vocabulorum notionibus *A*308 *πόλεας*] *καὶ ἐπὶ τῶν πόλεων τὸ σημαινόμενον ἐκδέχεται,* i. e. vocis sensus intelligitur de urbibus (non de multis); simm. *Σ*191[1]) *ἵνα μὴ διάφορον σημαινόμενον νοηθῇ,* i. e. ne diversa vocis notio intelligatur.

3) Ceteris locis praepositio apposita est participio, e. g. *E*700 *ἡ δὲ διπλῆ πρὸς τὸ σημαινόμενον;* i. e. *διπλῆς* signum appictum est propter proprium praepositionis (*ἐπὶ*) sensum et usum. *Ἐν σημαινομένῳ* scriptum legimus *A*519 *ἄν*] *τοτὲ μὲν ἐν σημαινομένῳ ὀφείλομεν παραλαμβάνειν τὸν ἄν . . . . . τοτὲ δὲ παρέλκοντα.* Opinabantur enim grammatici illi quasdam sermonis particulas ad sensum periodi plenum ac perfectum modo necessarias modo superfluas esse, ut hic vertamus: modo cum sensu quodam collocatum atque adhibitum. Inde his quoque scholiis lux affertur: *Δ*677 *λῃΐδα*] *περὶ μέντοι τοῦ δαΐς ὀξυνομένου, τετολμημένου δὲ καὶ βαρύνεσθαι ἐπὶ ἑτέρου σημαινομένου,* i. e. de vocabulo acriter pronuntiato, quod idem graviter pronuntiari potest, si qua alia significatio subest; et postea *Z*239 *ἐφ' οὗ ἂν συντάσσηται, φησίν, σημαινομένου,* i. e. quacunque significatione usum hoc verbum adhibitum est.

Huic *ἐν σημαινομένῳ* consentaneum fere est adiectivum *σημαντικὴ* *T*90 *διὰ*] *ὁ μὲν Ἀσκαλωνίτης περισσὴν . . . . Δίδυμος δὲ ἡγεῖται σημαντικὴν αὐτὴν εἶναι καὶ μὴ παρέλκειν;* i. e. suam habere vim ac rationem praepositio Ascalonitae videtur.

---

[1]) Scholion *Σ*191 sic incipit: *χαῖρις τῷ τὰς συναλειφθείσας προθέσεις μὴ ἀναστρέφεσθαι, καὶ ἐνθάδε οὐκ ἀναστρέφει.* Adnotat Dindorfius (editio I 1875): Sic A, non *χαίρει*, ut Vill.; et paullo infra: „*οὐκ*, nisi delendum sit, in *θ'αὖ* mutat Schraderus." Qui tamen omnes haud scio an non in errorem inciderint, cum in hoc scholio, ut iuste intelligant, respiciendum esse putent argumentum et verba scholii antecedentis. At nullam rem secum habent haec duo scholia, quorum in altero *ἀναστρέφεται παρὰ* praepositio, in altero *οὐκ ἀναστρέφεται.* *Ἀναστρέφει* autem Aristarchus in illo, *οὐκ ἀναστρέφει* *Χαῖρις* in hoc. Sic enim scribendum mihi videtur, non *χαῖρις* sive *χαίρει* codicis A aut Villoisoni. *Χαῖρις* enim est grammaticus ille doctissimus, Aristarchi discipulus, in quem accuratissime et copiosissime inquisivit Augustus Blau: De Aristarchi discipulis. Dissertatio. Jenae 1883. p. 56 sqq., qui Chaeridem non ubivis Aristarcho consensum praebuisse propriis verbis arguit. — De *τῷ* emendando dubito, an non legere possimus *ᾧ*, ita, ut interciderit *λέγεται* vel simile aliquid, ut haec eveniat scholii voluntas: *Χαῖρις, ᾧ* (pro *ὑφ' οὗ*) *λέγεται τὰς . . . . . προθέσεις μὴ* (*οὐκ*?) *ἀναστρέφεσθαι, καὶ ἐνθάδε οὐκ ἀναστρέφει.*

Σημασίαν substantivum, si scholia oculis perlustraveris, bis tantum offendes: *B*75 ἄλλοθεν] προπαροξύνεται, ὅτι ἀόριστον τόπον σημαίνει, id quod extremo scholio repetitur his verbis: καθότι ἀόριστον καὶ κοινὴν τόπου σημασίαν ἀναδέχεται; i. e. quia infinitam atque incertam loci significationem sibi vindicat; simm. *T*335.

Διασημαίνειν verbum compositum a verbi simplicis vi non discedit: Ξ499 φῆ] τὸ πέφραδε διασ᾽ημαίνει, i. e. idem, quod πέφραδε significat.

Postremo ὑπισχνεῖσθαι semel promiscue cum σημαίνειν usu venit *A*239 λὶς] ἔστι συγκατατίθεσθαι τῷ Λίσχρίωνι . . . . . εἰ καὶ μηδὲν τῶν εἰς ῑς ληγόντων καὶ ἀρσενικὸν γένος ὑπισχνουμένων περιεσπάσθη. καὶ τάχα καθ᾽ ἕτερον λόγον, ἵνα τὸ ἐπιθετικὸν καὶ σημαῖνον γένος θηλυκὸν κτέ.; i. e. nullum vocabulorum sive adiectivorum, quae in ις exeunt et generis masculini tantum formam faciunt; et postea: adiectivum, quod generis feminini quoque propriam formam exhibebit, sive finget, sive significabit.

IV. consentire, dissentire; lectionem probare, improbare.

In Homeri verbis et versibus interpretandis sententias admodum varias atque inter se diversissimas exstitisse ex scholiis satis apparet. Quas in sententias aut doctrinas grammaticorum aut prioris aetatis aut aequalium quin irent aut inde discederent, facere non potuerunt posterioris aetatis scholiastae, ut in rem esse videatur quarto iam loco exponere verba consentiendi et dissentiendi et similia.

a) Verba consentiendi et dissentiendi.

Συγκατατίθεσθαι: 1) consentire cum, non differre a. Alterius grammatici doctrina exposita alter pergit: Ψ160 κἀγὼ δὲ συγκατατίθεμαι, ipse quoque assentior; simm. Ψ523. Quocum aliquis faciat, dativo indicatur: *A*235 ὁ Ἀσκαλωνίτης συγκατατιθέμενος Ἀριστάρχῳ, vel *B*262 καὶ ἡμεῖς δὲ αὐτῷ συγκατατιθέμεθα; simm. *E*289 *A*754. 2) lectionem probare *A*396 Πτολεμαῖος μὲν συγκατατίθεται τῇ ἐγκλιτικῇ ἀναγνώσει; simm. *M*55 Φ130.

Συμφωνεῖν congruere, facere cum.

1) Non de ipsis viris, sed de eorum doctrinis aut scriptis congruentibus aut non congruentibus usu venit e. g. *I*259 ἑταίροις] κατὰ δοτικὴν αἱ Ἀριστάρχου. συνεφώνει καὶ ἡ Ζηνοδότου. Res igitur est de Aristarchi et Zenodoti editionibus inter se congruentibus; simm. *P*136. Praeterea conferendum est *I*240 ἐνί] Νικίας ἀναστρέφει· οὐ συμφωνεῖ δὲ τὰ τῆς ἱστορίας αὐτῷ· φασὶ γὰρ Ἀρίσταρχον τοῖς κυριωτέροις συντάσσειν τὰς προθέσεις; quod scholion vertendum videtur: Aristarchi studia cum eo non faciunt, quem . . . . . dicunt.

2) Sed paullum ab hoc usu recedit verbi vis in scholio *X*216 ὅτι *Z*. γρ. νῶϊν (non νῶι). τοῦτο δέ ἐστιν ἡμῖν ἢ ἡμῶν, ὅπερ οὐ συμφωνεῖ· τὸ δὲ νῶϊ χωρὶς τοῦ ν̄ σημαίνει ἡμᾶς· ἢ ἡμεῖς, ὅπερ νῦν λέγει. Agitur de pronominis forma recte constituenda, ne discrepet ab huius loci sensu ac voluntate.

Nec non οὐ προσέχειν verbum est dissentiendi, e. g. *T*90 οὐ προσεκτέον τοῖς ὑφ᾽ ἓν ἀνεγνώκασι (sc. διάπαντα pro διὰ πάντα); i. e. in eorum partes non eundum est, qui unam vocem διαπαντα syllabis effici volunt: apud Stephanum: non assentiendum, astipulandum, fiducia collocanda est.

Denique ipsum verbum adversandi est ἀνταγορεύειν, quod scriptum legitur Φ130 *μήποτε μέντοι καὶ ὁ Ἀρίσταρχος συγκατέθετο τῇ ἀθετήσει, μηδὲν ἀντειπὼν τῷ Ἀριστοφάνει*; i. e. haud scio, an assensus sit, sc. Aristophani hoc versus delenti, etiam Aristarchus ei non adversatus.

b. lectionem probare vel improbare.

Admodum varia, ut res secum fert, hoc in genere sunt verba, verborum notiones, dicendi rationes: Συναινεῖν collaudare lectionem *A*754 *δι' ἀσπιδέος*]*καὶ Ζηνόδοτος δὲ συναινεῖ τῇ δίχα τοῦ ᾱ γραφῇ*, (sc. *διὰ σπιδέος*).

Παραδέχεσθαι verbum quid sit, saepius dubitare poteris. 1) Proxime accedit interdum ad verba illa ἐκδέχεσθαι, ἀκούειν, νοεῖν, ut sit accipere, intelligere, e. g. *Σ*10 *Μυρμιδόνων τὸν ἄριστον*, sc. *Πάτροκλον*] fuerunt enim, qui negarent Myrmidonem a poeta Patroclum dici posse, ut delerent hos versus, cui tamen difficultati Aristarchus subvenire studet: *δεῖν δέ φησιν Ἀρίσταρχος οὕτως αὐτὸ παραδέχεσθαι· τὸν μετὰ τὸν ἄριστον τῶν Μυρμιδόνων*, i. e. versus ita accipiendos sive intelligendos esse dicit, ut sit sensus: eum, qui post fortissimum Myrmidonum, sc. Achillem, secundo quasi loco optimus erat. Nec non eodem modo verbum interpretabimur, ubi quaestio erit de singulis vocibus vel in hunc vel in illum modum accipiendis atque subaudiendis: *Ψ*319 *ἀλλ' ὅς*] *Ἀρ. μέντοι ἄλλος ἀνεγίνωσκεν οὐ παραδεχόμενος τὸ ἄρθρον*, i. e. articulum ὅς non subaudiens: simm. *I*30.

2) Deinde est causam alicuius et rationem probare: *A*409 *τόνδε*] *ἔφαμεν, ὅτι παρὰ τῷ ποιητῇ ἡ διὰ τοῦ ᾱε ἐπὶ ταύτης τῆς ἀντωνυμίας ἐπέκτασις σπανίως μὲν εὑρέθη ἐπ' ἀναφορᾶς, ὥστε οὐδὲν κεκώλυκε καὶ ἐνθάδε τὸ τοιοῦτο παραδέξασθαι*; exposito igitur poetae dicendi usu scholiasta pergit: itaque nihil impedimento est, quin hic quoque similem comprobemus lectionis rationem.

3) Denique lectionem ipsam probare *παραδέχεσθαι* est *Γ*242 *ἐπὶ δὲ τὸ πολλὰ ὁ λόγος μὲν αἱρεῖ* (sc. *βραχὺ διαστέλλειν*), *διὰ δὲ τὴν συναλοιφὴν οὐ παραδεκτέα ἡ ἀνάγνωσις*, i. e. lectio sive verborum distinctio non est probanda.

In horum verborum numero κρίνειν quoque verbum simplex eiusque compositum προκρίνειν reperiuntur: *A*754 *δι' ἀσπιδέος πεδίοιο*] *ὁ δὲ Ἀλεξίων καὶ ἀμφότερα κρίνει, καὶ ἀσπιδέος καὶ σπιδέος . . . . Κράτης δὲ προκρίνει τὴν διὰ τοῦ ᾱ γραφήν*, i. e. *ἀσπιδέος*. Cuius scholii argumentum si paucis complectimur, haec est ratio: scholiastarum alii lectionem *ἀσπιδέος* praeferunt, velut Ascalonites et Crates, alii *σπιδέος* comprobant velut Zenodotus et Amerias. Alexio vero utrumque ratione quadam agnoscit et probat. Utriusque lectionis rationes ex Aristarchi libris deinde additae sunt. Quamobrem in dubio esse mihi non videtur, quin *κρίνειν* sit ex ratione quadam agnoscere sive comprobare; de *προκρίνειν* praeferre omnino dubitari non potest.

Huic verbo proximum est ἀρέσκειν *E*289 *ταλαύρινον*] *Τρύφωνι δὲ ἀρέσκει ὁ σχηματισμὸς σύνθετος εἶναι*, i. e. Tryphoni lectio placet, qua adiectivum fingitur compositum; contrarium occurrit *A*139 *οὐκ ἀρέσκει δὲ Ἀριστάρχῳ*, sc. *ἡ διὰ τοῦ χαλκός*, nec vero *χαλκὸν γραφή*; simm. *B*311 *E*638 *Θ*233.

Idem fere est λυπεῖν apud Aristonicum *K*497 *ἀθετεῖται . . . . . καὶ τὸ διὰ μῆτιν Ἀθήνης λυπεῖ*; i. e. versus e textu reicitur cum aliis de causis, tum quia displicent verba *διὰ μῆτιν Ἀθήνης*.

De ἁρμόζειν et quae inde deducuntur vocabulis iam Leidenrothius l. c. disseruit, ut hic

quoque relata rettulisse satis habeam: „Vocabula sunt *ἁρμόζειν* convenire, *ἁρμοζόντως*, cui opponuntur *ἀνάρμοστος* et *ἀναρμόστως*, Aristonici fere propria, ubi recte aliquod vel apte dici aut contra adnotat“. Occurrunt modo de singulis vocibus, modo de totis versibus aut apte, aut inepte positis: 1) de singulis vocibus versuum sensum turbantibus *B*239 *ἕο*] *ὅτι Ζ. γρ. ἑοῦ. τοῦτο δὲ . . . . οὐχ ἁρμοζον τῷ λόγῳ;* 2) de vocibus consentaneis personae alicuius moribus: A204 *τετελέσθαι ὅΐω*] *ὅτι Ζ. γρ. τὸ δὲ καὶ τετελέσμενον ἔσται. τοῦτο δὲ τῇ Ἀθηνᾷ ἁρμόζει μᾶλλον;* 3) de versibus ab alio loco apte vel inepte translatis, ita ut „eo loco, ubi aptius leguntur, a poeta ipso eos profectos esse iudicemus, ubi minus apte, ex illo loco ab interpolatore translati esse existimandi sint“; e. g. *I*694 *ὅτι ἐξ ἄλλων τόπων ἐστὶν ὁ στίχος. νῦν γὰρ οὐχ ἁρμόζει;* vel *Θ*501 *ἐξ ἄλλου στίχου τὸ ἡμιστίχιόν ἐστι νῦν ἀναρμόστως προστεθειμένον.* Ceteros locos a Leidenrothio diligenter comportatos praeterimus; cf. *ὑγιῶς* et *ὀρθῶς* infra.

Haud absimili ratione ac vi ab Aristonico ponitur *συμφέρειν*, e. g. *Z*4 *τοῖς γὰρ τοῦ ναυστάθμου τόποις συμφέρει ἡ γραφὴ* (sc. *μεσσηγὺς Σιμόεντος ἰδὲ Ξάνθοιο ῥοάων)*; i. e. quadrat haec lectio ad loca castrorum navalium.

Ut quisque lectionem alterius improbaverit, facere non poterit, quin alterum erravisse dicat, quin eum vituperet. Verba errandi et vituperandi sunt:

Πλανᾶν, πλανᾶσθαι in errorem inducere, induci, aberrare. *Ξ*442 *πρώτιστος Ὀϊλῆος*] *ὅτι οἱ τοιοῦτοι τόποι ἐπλάνησαν τὸν Ζηνόδοτον, ὥστε δέξασθαι χωρὶς τοῦ ο̄ Ἰλῆος*; i. e. quia tales loci in errorem induxerunt Zenodotum, ut nominis formam *Ἰλῆος* esse putaret; simm. *B*807 *Π*161. Genus passivum *πλανᾶσθαι* aberrare legitur *K*561 *πλανηθέντες δέ τινες γράφουσιν τὸν τετραχαιδέκατον*, (sc. pro textus *τρισκαιδέκατον)*; i. e. nonnulli decepti quartum decimum scripserunt; cf. *Λ*104 *N*658 *Ξ*500.

Μέμφεσθαι vituperare *O*226 *οἱ αὐτῷ*] *ἡ οἱ . . . . . ὀρθοτονεῖσθαι θέλει . . . . διὸ μεμπτέον ἐκείνην ἀνάγνωσιν;* i. e. quamobrem vituperatione digna videtur illa lectio, qua enclitice pronuntiatur pronomen.

Verbum ipsum reprobandi *ἀποδοκιμάζειν* semel a Nicanore adhibetur *H*177 *θεοῖσι δὲ χεῖρας ἀνέσχον*] *οὐκ ἀποδοκιμάζει μέντοι τὴν ἑτέραν* (sc. *τὴν διὰ τοῦ „ἰδὲ χεῖρας ἀνέσχον“ γραφὴν*) *ὁ Ἀλεξίων;* i. e. etiamsi in textum recepit lemmatis lectionem Alexio, tamen alteram illam lectionem prorsus non reprobat.

c. lectionem textui inserere.

Quo quis meliorem putaverit aliquam lectionem, eo magis textui inserere volet. Huius generis verba sunt: *Προσίεσθαι* lectionem admittere *Ξ*340 *ἐγὼ δὲ προσίεμαι τὴν συνήθη ἀνάγνωσιν δασύνουσαν τὸ ᾱ;* equidem admitto lectionem, qua spiritus non reicitur. Planior iam res est *H*255 *τοὺς στίχους τούτους οἱ προσίενται ἔνιοι;* hos versus nonnulli in textum non recipiunt.

Πείθεσθαι ex Herodiani potissimum scriptis fluxisse videtur, cum semper in rebus prosodiacis usu veniat ita, ut duorum virorum sententiis expositis, quarum altera plerumque Aristarchi est, grammaticus pergat: et hunc lectione comprobata *ἡ παράδοσις*,[1]) lectio vulgaris, subsecuta est,

[1]) De *παραδόσεως* duplici notione vide sis Heubach: Programmatis 1889 p. 9/11.

i. e. hanc lectionem textui inseruit: *I*605 *τιμῆς*] *τινὲς τὸ τιμῆς διὰ τοῦ ι γράφουσιν. . . . . οὐκ ἐπείσθη δὲ ἡ παράδοσις. Ἀρίσταρχος γὰρ ἄνευ τοῦ* $\overline{\iota}$; vel *A*138 *ἔρυτο*] *τὸ δὲ ἔρυτο ψιλοῦται καὶ προπαροξύνεται· οὕτως Ἀρίσταρχος, καὶ ἐπείσθη αὐτῷ ἡ παράδοσις;* eadem fere *A*239. 480, *N*103 *O*302 *Π*185 *Σ*191 *T*357 *Ω*235. *Παραδόσεως* loco „*οἱ γραμματικοί*“ legitur: *Π*415 *Ἀμφοτερὸν*] *Ἀρ. ὡς δεξιτερὸν· καὶ ἐπείσθησαν οἱ γραμματικοί.* Neque tamen semper grammatici aut textus vulgaris Aristarchi auctoritate permoti sunt, e. g. *Ω*316 *μύρφνον*] *ὁ μέντοι Ἀρ. ἀετοῦ εἶδος, καὶ βαρύνει· ἀλλ' οὖν γε ἐπείσθη ἡ παράδοσις τοῖς ὀξύνουσιν;* simm. *οὐκ ἐπείσθη O*365, 619, 705. Non de Aristarchi, sed de aliorum doctrinis agitur *A*395 *περὶ πλέες*] *Τυραννίων περίπλεες συνθέτως ἀνέγνω· ὁ δὲ Ἀσκαλωνίτης κατὰ παράθεσιν. . . . . οὕτως δὲ καὶ Ἀλεξίων';* atque hac lectione causis stabilita pergit: *ἔνθεν ἐπείσθησαν κατὰ παράθεσιν ἀναγινώσκειν;* sim. *A*395, *P*40, *T*335.

Nonnullis locis *πείθεσθαι* commutatum est verb<u>o *ἐπικρατεῖν*</u>, e. g. *H*289 *πιννυτὴν*] *Ἀρ. ὡς καλὴν, καὶ ἐπεκράτησεν οὕτως ἡ παράδοσις,* i. e. et sic textus vulgaris pervicit sive praevaluit; simm. *I*449 *A*385. Quibuscum conferendum est *Ξ*463 *λικριφὶς*] *καὶ οὕτως ἐπεκράτησεν ἡ ἀνάγνωσις,* sc. *Ἀριστάρχου ὀξύνοντος*; idem fere *Θ*527 *ἀλλ' ὅμως ἐπεκράτησεν ἡ Ἀριστάρχειος;* simm. *Z*422 *M*158 *X*67.

d. adverbia et adiectiva huc pertinentia.

Sed saepissime, paene dixi saepius quam verbis, grammatici, ut probent aut reprobent lectiones et sententias, adiectivis et adverbiis utuntur, quorum haec collegimus exempla:

<u>*Καλῶς*</u> bene et <u>*κακῶς*</u> prave, stulte; utrumque ex Aristonici usu dicendi profectum in Herodiani quoque sermonem venisse videtur.

1. Aristonicus his vocibus Aristarchi asteriscum explicat, ubi res est de versibus Aristarcho non probatis, e. g. *E*334 *οἱ ἀστερίσκοι, ὅτι ἐνταῦθα <u>καλῶς</u> . . . . . ἐν τῇ κόλῳ μάχῃ οὐ δεόντως,* i. e. quia hoc loco bene et suo iure collocati sunt versus, (cf. *ἁρμόζειν* No. 3); simm. *Θ*385 *K*343 *Ω*210. A12 *οὐ καλῶς γὰρ ἐν τοῖς ἑξῆς μετετέθησαν,* i. e. non bene hi versus (12—16) hinc translati sunt in posteriorem locum (371—375).

2. Idem hac voce Zenodotum, ubi temeritate quadam versus aliquos ex textu removit, vituperatione obruit *A*46 *ὅτι Ζηνόδοτος ἀμφοτέρους ἠθέτηκεν, οὐ καλῶς.*

3. Apud Herodianum adverbium *καλῶς* est *A*151 *ἴδεν*] *ἐνθάδε γὰρ οὐ καλῶς δυνάμεθα ἀναγνῶναι ἢ*[1]) *φυλάσσοντες τὴν* $\overline{\varepsilon\iota}$ *δίφθογγον.*

Nec valde differt usu <u>*κακῶς*</u> male, prave, vitiose: 1) de versibus ex altero loco stulte translatis *B*56 *ὅτι ἐν τῇ Ξ τῆς Ὀδυσσείας κακῶς φέρεται;* simm. *K*208 *P*173.

2) de Zenodoti athetesibus non probatis *A*216 *κακῶς ἀθετεῖ Ζηνόδοτος;* simm. *M*71 *παλίωξις*] *ἡ δὲ ἀναφορὰ* (sc. asterisci relatio) *πρὸς τὸ „ἐκ τοῦ δ' ἄν τοι ἔπειτα . . . . . (Jl. 15, 69). κακῶς· διὸ ἀθετεῖται.*[2])

---

[1]) Sic Dindorfius: *ἢ φυλάσσοντες.* Sed illud *ἢ*, quid sibi vult? Scholii ratione solum *φυλάσσοντες* poscitur, cum antecedant verba: *εἰσὶ δὲ οἳ ἀναγινώσκουσαν „ὡς δ' εἶδεν“ . . . . . οὐχ ὑγιῶς;* id quod confirmatur verbis: *ἐνθάδε γὰρ οὐ καλῶς δυνάμεθα ἀναγνῶναι φυλάσσοντες τὴν* $\overline{\varepsilon\iota}$ *δίφθογγον.*

[2]) Verborum ordo casu quodam perturbatus est. Neque enim asterisci ad vocabula illa relatio addubitari potest (*ἡ ἀναφορὰ πρὸς . . . . . κακῶς*); immo Zenodoti temeritas vituperanda est, qua ut saepius aliis locis versum eradendum esse ratus (quod verbum *παλίωξις* iterum legitur *O*69) asterisci voluntatem non intelligebat. Scribendum igitur videtur: *διο ἀθετεῖται. κακῶς.*

3. de lectione in deterius commutata *A*3 *πολλὰς δ' ἀφθίμους ψυχὰς*] *ὅτι κακῶς τινες μεταγράφουσιν . . . . . κεφαλὰς.*

4. denique de rebus prosodiacis et orthographicis: *A*97 *τινὲς ἀναστρέφουσιν τὴν παρά. κακῶς;* simm. *B*865, *K*224.

Jam vero *ὑγιῶς (ὑγιὴς)* et *ὀρθῶς (ὀρθὸς)* vocabulorum provincia multo amplior est quam vocabulorum modo pertractatorum, etiamsi eorum notio: sane, recte, non vitiose (sic Stephanus) in dubio vix esse potest. Atque usu veniunt:

1) de versibus suo loco positis aut non positis: *A*390 *ὁ ἀστερίσκος, ὅτι ἐνταῦθα ὑγιῶς τέτακται, ἐν δὲ τῷ Ἀθηνᾶς λόγῳ οὐκέτι;* simm. *N*61 *O*183 *Π*776. — *A*103 *ἔτι ἀμφότεροι εἰς τὴν Ὀδύσσειαν μετάκεινται, οὐκ ὀρθῶς;* simm. *A*454 *B*453 *E*734 *Z*490 *Λ*13, 356 (cf. *ἁρμόζειν*) *P*173 *Ω*341.

2) de lectionibus improbatis *E*64 *ὅτι οὐχ ὑγιῶς ἐξενήνοχεν οἱ = ἑαυτῷ, ἔδει γὰρ αὐτοῦ;* i. e. quia inepte protulit pronomen; simm. *Ψ*403. — *B*397 *γένωνται*] *μεταποιοῦνταί τινες γένηται, οὐκ ὀρθῶς;* simm. *Ξ*118; eodem modo de Homeri dicendi usu non probato *T*94 *οὐχ ὑγιῶς δὲ οὐδὲ τὸ „ἕτερον" τέτακται· ἔδει γὰρ „ἄλλον".*

3) de interpretatione et, quae inde deducitur, athetesi collaudatis aut non laudatis: *Ψ*387 *οἱ δέ οἱ*] *Ἀσκαλωνίτης ἐκδέχεται τὸ πλῆρες εἶναι „ἑοί" . . . . καὶ μήποτε ὑγιῶς;* quocum comparandum est *A*63 *Z. ἠθέτηκεν αὐτὸν· μήποτε δὲ ὀνειροκρίτην ὑπείληφεν, οὐκ ὀρθῶς;* i. e. neque athetesis neque interpretatio, qua illam Zenodotus confirmat, probari potest, quia verendum est, ne falso substantivum intellexerit.

4) de lectionis alicuius causis bene allatis *Ξ*499 *πρὸς δὲ τὸν Z. ὑγιῶς ἀποφαίνεται ἐκεῖνο, ὅτι ὁ ποιητὴς οὐδέποτε οἶδε τὸ φῆ ἀντὶ τοῦ ὡς;* i. e. suo iure contra Zenodotum, cum *φῆ* pro *ὡς* scriptum esse putet, nunquam poetam ita loqui solere animadvertit. Huius generis exemplum per *ὀρθῶς* non exstat.

5) Praeterea de rebus prosodiacis et orthographicis utrumque adiectivum et verbum *ὀρθοτονεῖν*, inde derivatum, usu venit, e. g. *B*599 *πηρὸν*] *παρὰ δὲ τοῖς Ἀττικοῖς πῆρον. ὑγιεστέρα δὲ ἡ παρὰ τῷ ποιητῇ ἀνάγνωσις*, i. e. sanior sive melior poetae pronuntiatio; simm. *A*151 *E*887 *N*809. — Quocum conferendum est *Γ*128 *ἐθεν*] *εἰ μὲν εἰς ἁπλῆν . . . . ἐγκλιτικῶς, εἰ δὲ εἰς σύνθετον, ὀρθοτονητέον;* et paullo infra: *ἐκεῖνο δὲ κατ' ὀρθὴν τάσιν*, sc. *ἀπὸ ἔθεν ὥσατο χειρί*; e verbis inter se oppositis *ἔθεν* pronomen non enclitice, sed proprio accentu vel suo sono esse legendum apparet; simm. *H*198 *I*614 *N*803 *O*226.

6) Deinde *ὀρθὸς* adiectivum significat casum nominativi, e. g. *B*107 *ὅτι κλητικῇ ἀντὶ τῆς ὀρθῆς*, sc. *πτώσεως*, *Θυέστα ἀντὶ τοῦ Θυέστης*; et sic sescenties; quae adiectivi notio una apud Stephanum denotatur.

7) Idem adiectivum denique est de iusto ac perfecto periodi ordine, e. g. *Γ*374 *ἀνέστραπται γὰρ ἡ περίοδος*; i. e. antecedit praeter grammaticae leges pars regens, sequitur pars pendens; *ὀρθὴ δ' ἂν ἐγένετο οὕτως· „εἰ μὴ ἄρ' ὀξὺ νόησε, καί νν κεν εἴρυσέν τε;* i. e. iusta autem esset periodus secundum hunc ordinem; simm. *Ξ*330 *οὕτως δὲ ἔσονται ἀνταποδοτικαὶ περίοδοι ἀμφότεραι ὀρθαὶ τοιαῦται;* i. e. et sic erunt periodi absolutae ac perfectae; simm. *Γ*308, 374, Cf. praeterea Dissertationis meae pp. 19/20 et 61.

Οἰκείως et *δεόντως* quoque, suo loco et necessario, a scholiastis eadem ratione admittuntur: 1) de versibus suo loco, accomodate, convenienter positis (sic Stephanus). *A*208 *οἰκείως δὲ μᾶλλον κεῖνται εἰς προτροπὴν Ἀχιλλέως*; simm *Θ*493. *Δεόντως* autem occurrit *E*734 *ὅτι ἐνταῦθα*

μὲν καλῶς κεῖνται, ἐν δὲ τῇ κόλῳ μάχῃ οὐ δεόντως. Zenodoti athetesis autem affirmatur Ψ479 *ἀθετεῖται, ὅτι οὐκ ἀναγκαῖος· πρόκειται γὰρ τὸ „ἀλλ' ἀεὶ μύθοισι λαβρεύεαι" καὶ τὸ „παρὰ γὰρ καὶ ἀμείνονες ἄλλοι" οὐ δεόντως ἐπιλέγεται;* i. e. versus e textu removetur, quia verba *παρὰ γὰρ . . . . . ἄλλοι* necessario non posita sunt, illis (*ἀλλ' . . . . λαβρεύεαι*) antecedentibus.

2) de versibus aliunde temere et non necessario translatis et interpositis *δεόντως* est E906 *ὅτι οὐ δεόντως ἐκ τοῦ Βριάρεω λόγου* (Jl. I, 406) *ἐνθάδε μετάκειται ὁ στίχος;* idem Ψ358.

Item de versibus aliunde prave translatis ideoque moleste ferendis sunt adiectiva sive adverbia *ἄκαιρος* et *ὀχληρὸς*, e. g. Θ390 *ἀθετοῦνται καὶ οὗτοι, ὅτι ἀκαίρως ἐκεῖθεν μετηνέχθησαν*, quia importune alio ex loco interposita sunt. Υ251 *ἀθετοῦνται στίχοι πέντε, ὡς ἄκαιροι καὶ ὀχληροί*, ut importuni et molesti.

Περισσὸς adiectivum (et *περισσεύειν* verbum) supervacaneus sescenties usu venit 1) in rebus grammaticis, quo schematum genus quoddam indicetur; de qua re inspicias velim Dissertationis meae de vocabulis syntacticis etc. pp. 43 et 62/63. et Stephani thesaurum s. v.

2) De rebus criticis ad Zenodoti atheteses stabiliendas agitur Α96 *ἀθετεῖται, ὅτι περισσὸς* (sc. *ὁ στίχος*)*· πρόκειται γὰρ „ἀλλ' ἕνεκ' ἀρητῆρος, ὃν ἠτίμησ' Ἀγαμέμνων."* Haec enim Aristarchi ratiocinnatio est: Calchas interrogatus, cur laboribus ac morbis persecutus sit Apollo Graecos, initio quidem (v. 93) haec facit verba: *οὔτ' ἄρ' ὅγ' εὐχωλῆς ἐπιμέμφεται, οὐδ' ἑκατόμβης;* postea vero (v. 96) idem ita pergit: *τοὕνεκ' ἄρ' ἄλγε' ἔδωκεν κτέ.* Quorum versuum iam alterum (sc. v. 93) sufficere ad rem explicandam ratus grammaticus ille sagacissimus alterum (v. 96) obelo notavit, ut supervacaneum post illum; simm. Α137 et 139, 295, 443, 444 Ζ311 Θ528 Κ240 Τ94 Φ471 Ω86.

Additum est *παρέλκων* participium, superfluus, Κ240 *ὅτι περισσὸς ὁ στίχος καὶ παρέλκων.* De ceteris huius participii exemplis, quibus idem illud schematum genus syntacticum denotatur, vide Dissertationis meae pp. 61/62.

Εὐτελὴς, quod Stephanus vertit: vilis, tenuis, est 1) de singulis vocibus Homeri dicendi usui aut sensui contrariis e. g. Β314 *ὅτι Ζ. γράφει τιτίζοντας, εὐτελὴς δὲ ἡ λέξις;* i. e sed vilis, deterior est vox, nec Homeri; simm. adverbium *εὐτελῶς* Α123 *δαΐφρονι*] *Ζ. γρ. κακόφρονος, εὐτελῶς*, i. e. stulte sic scripsit.

2) de versibus vilibus aut propter argumentum aut propter formam: Κ497 *ἀθετεῖται, ὅτι καὶ τῇ συνθέσει εὐτελής;* i. e. eiicitur hic versus, ut vitiosus compositione; simm. Υ280 *ἀθετοῦνται στίχοι ζ, ὅτι εὐτελεῖς εἰσι τῇ κατασκευῇ καὶ τοῖς νοήμασι*, i. e. ut vitiosi et propter formam et propter argumentum; sim. Χ158, 199 Ω6.

Eadem notio est adiectivi *κακοσύνθετος* Τ94 *ἀθετεῖται ὡς περισσὸς καὶ κακοσύνθετος*, i. e. ut superfluus et male compositus.

Sed contraria est notio adiectivi *πρεπώδης*, loci sensui consentaneus: Τ126 *μαρμαρέην*] *καὶ αἱ Ἀριστάρχου καὶ . . . . πορφυρέην εἶχον, οὐ μαρμαρέην, καὶ ἔστι πρεπωδέστερον*, magisque consentaneum aptiusve est (Stephanus: decens, decorum).

Postremo de lectionibus variis comprobandis aut improbandis sunt: *εὐφραδὴς, ἄχαρις, πιθανός. Εὐφραδὴς* scriptum legimus Ο49 *Ἀριστοφάνης μετὰ τοῦ σ̄ βοῶπις· καὶ ἔστιν εὐφραδέστερον*, i. e. et prudentius meliusve ita legit, sc. nominativum pro vocativo *βοῶπι*.

Deinde *ἄχαρις* sive *οὐκ ἄχαρις* haud ingratus, importunus traditur Γ292 *ἀπὸ στο-*

μάχους] . . . . *αἱ δὲ πλείονες διὰ τοῦ* $\overline{\varepsilon}$, *ἐπὶ στομάχους. Καὶ ἔστιν οὐκ ἄχαρις ἡ γραφή*; cf. praeterea *O*252, Υ188.

